

### “CATILINARIAS”

(Extracto de los textos de mayor interés por su contenido o estructura sintáctica)

Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia?... Patere tua consilia non sentis, constrictam<sup>127</sup> iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? Quid próxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii<sup>128</sup> ceperis, quem nostrum<sup>129</sup> ignorare arbitraris? O tempora, o mores! Senatus haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii participes, notat et designat oculis ad caedem unumquemque nostrum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur<sup>130</sup>, si istius fuorem ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos omnes iam diu machinaris. (I, 1).

An vero vir amplissimus, P. Scipio pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labe-factantem statum rei publicae privatus interfecit, Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus?... (I, 2). Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret<sup>131</sup>, ne quid<sup>132</sup> res publica detrimenti<sup>133</sup> caperet; nox nulla intercesit, imperfectus est propter quasdam seditionum suspicione C. Graccus, clarissimo patre, avo, maioribus... At nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim huiusmodi senatus consultum, verum inclusum in tabulis tanquam in va-gina reconditum, quo ex senatu consulto confestim te imperfectum esse, Catilina, convenit. Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. (I, 4).

Tum denique, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur... Multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient... Teneris undique, luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae iam tecum licet<sup>134</sup> recognoscas. (II, 6). Meministine me ante diem XII Kalendas Novembris dicere in senatu fore<sup>135</sup> in armis certo die, quo dies futurus esset ante diem VI Kal. Novembris, C. Manlium, audaciae satellitem atque administrum tuae?... Dixi ego idem in senatu caedem te optimatum contulisse in ante diem V Kalendas Novembris, tum cum multi principes civitatis Roma non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num infitiari potes te illo ipso die die meis praesidiis, mea diligentia circumclusum commovere te contra rem publicam non potuisse, cum tu discessu ceterorum nostra tamen, qui remansissemus, caede te contentum ese dicebas?... Video enim esse hic in senatu quosdam qui tecum una fuerunt. (I, 7-8).

127 **Constrictam**, part. perf. con valor predicativo.

128 **Consilii**, gen. partitivo complemento de **quid**.

129 **Nostrum**, gen. partitivo.

130 **Videmur**. Para su traduc., ver Sint. núm. 16, b), pág. 153.

131 **Consul videret...** Durante la República, cuando se producía alguna situación especialmente conflictiva para el Estado, el Senado dirigía a los cónsules en ejercicio esta frase: **Consules videant ne quid res publica detrimenti capiat**. Con ella les indicaba que debían cesar en su cargo y elegir a una persona que ostentaría durante su mandato (seis meses, salvo que el conflicto se hubiera resuelto antes) un poder casi absoluto. Tal situación se produjo, sin embargo, muy pocas veces.

132 **Quid**. Para su traduc., ver Morf. núm. 14 ▶, pag. 126.

133 **Detrimenti**, gen. partit. complemento de **quid**.

134 **Licet (ut) recognoscas**. Frecuentemente es sobreentiende la partícula **ut** introductora de una oración completiva de subjuntivo. Otro ejemplo: **oro venias, te ruego que vengas**.

135 **Fore**, inf. fut. del verbo **sum**.